Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars III.

Wien, 1794 Seite 3027

Quelle:
Copyright:

quod ille indiſrupta ieiuniorum compleuit continuatione propria virtute nos imitari crebro valeamus &c. alii, *ut quod ille iugi ieiuniorum compleuit continuatione, nos adimplere ualeamus* &c. *Dom.* IV. gerb. *glorificantes et de præteritis te creatorem omnium et de venturis fructibus ſuppliciter exorantes*, alii, *et te creatorem omnium de preteritis fructibus glorificare et de uenturis ſuppliciter exorare.* gerb. *ſed exhibita totiens ſolemnis deuotione ieiunii*, noſt. et Mur. *ſolemni deuotione ieiunia*, Pariſ. *exhibitis toties ſolemni devotione iejuniis. Fer.* III. gerb. *qui de coelo deſcendit — et mediante die feſto aſcendit*, alii invertunt. Gerb. *reſurrectio ad vitam reparauit*, hoc ab aliis abeſt. *Fer.* IV. gerb. *ablutione purgati* et recentiore manu, *loti*, alii a prima manu *loti. Fer.* V. gerb. Pariſ. et Mur. *cujus bonitas hominem condidit* &c. in noſtro Praefatio conſarcinata ex *Fer.* III. et IV. et illa, *cujus bonitas* &c. ad *Fer.* VI. repoſita. Deeſt itaque *Fer.* VI. Praefatio, quae apud reliquos incipit: *qui eſt dies aeternus* &c. *Feria* VI. poſt *Dom. Paſſ.* gerb. *ut bene agamus. Accendit* &c. alii, *ut bene agamus, ſubſequitur, ne fruſtra agamus. Accendit* &c. *Dom. Palmar.* gerb. *dies ſanctus venturus*, alii, *dies venturus. Fer.* IV. gerb. *ut ſic hodie acceptes confeſſionem peccaminum noſtrorum, quatenus die craſtina ſpiritalium tribuas incrementa donorum; hodie jejuniorum noſtrorum vota ſuſcipiens ſic a peccatis emundes, ut cras* &c. alii: *ut ſic nos hodie a peccatis emacules. vt cras uenerabilis cenę dapibus ſacies. Hodie acceptes confeſſionem noſtrorum peccaminum. et cras tribuas ſpiritalium incrementa donorum. Hodie ieiuniorum noſtrorum uota ſuſcipias. et cras* &c. Praefationibus his adhaeret titulo miniato *Miſſa In Eccleſiis Omnium Sanctorum.* Apud *Muratorium cit. col.* 386. ex Cod. Othoboniano Sec. circiter XI. depromta inſcribitur: *Miſſa Sanctorum, quorum Reliquiae ibidem habentur,* et apud *Gerbertum cit.* p. 264. ex Cod. Sangallenſi: *Miſſa in honore omnium Sanctorum;* deeſt tamen *Muratorio* quarta oratio, quae nobis *Alia*, *Gerberto* vero *Super Populum* audit. Miſſam hanc excipit absque titulo *Benedictio Candelarum in Feſto Purificationis B. V.* hoc initio: *Domine deus creator cęli et terrę rex regum et dominus dominantium* &c. Nihil de hac in antiquioribus *Sacramentariis*, habetur tamen in *Miſſali Romano* parum variato ingreſſu et memoratur in Notis *Hug. Menardi ſupracit.* p. 41. Adſcripta demum eſt, ſed paullo recentiore manu *Miſſa de S. Chriſtophoro* hoc titulo: *VIII. kl. Aug. Natalis Sancti Xpictophori Martyris.* Diverſam ab hac exhibent *Bollandiani T. VI. Julii ad h. d.* Sed neque noſtrae hujus Orationes, utut in *Breviario* extent, hodie de *Chriſtophoro* leguntur. Praefatio vero ſic habet: *Æterne deus. Pro cuius nominis ueneranda confeſſione beatus martyr Xpictophorus*